

DELICIARUM
EPISTOLICARUM
FESTIVALIUM

Exercitatio Secunda

P. R. Æ S I D E

CHRISTIANO GUEINZIO

Rectore Gymnasij Hallensis

Respondente

DAVIDE VVERNERO

Lipsiâ - Misnico.

In

FESTO THOMÆ

CID. DC. XLIII.

HALLIS - SAXONUM

Typis Christophori Salfeldi,

1779
st.
fa-
all
are
bo-
em
ho-
ius
ba-
IN



EPISTOLA
CHRISTIANI GUEPZIO
D. H. V. M. R. O.
F. Z. T. O. T. W. O. M. E.
D. C. R. A. N. I.
M. A. S. I. O. P. I. A.
M. A. S. I. O. P. I. A.






EPISTOLÆ

In
FESTO THOMÆ
ANALYSIS

Eph. 1. à v. 3. usq. ad 7.

THESIS I.



Illorum nomina in libro vite à constitutione mundi, uti loquitur Job. Apocalyp: 20. v. 12. illi hereditaturi sunt regnum caelorum: sunt enim in libro vite agni, uti habetur Apoc. 21. v. 26. Id quod nihil aliud est, quam Electum esse in Christo, metaphorâ ductâ ex more hominum apud quos in libro conscribuntur, qui ad aliquid eliguntur, unde Syrus signavit, posuit, secundum promissionem Esa: 7. v. 15. Non quidem, uti Augustin: de civitate DEI. cap 15. ait, quasi opinione falleretur DEUS, sed ut certi redderentur homines, jam ab aeterno se esse electos.

A 2

2. Idem

2. Idem etiam docet præsentis Epistola, in qua de electione seu prædestinatione tractatur, uti patet: 1. ex resolutione totius Epistolæ & hujus capituli, dum à v. 4. ad 7. describitur decreta gratiæ altitudo, profunditas, & latitudo; 2. ex causarum declaratione.

3. Et quidem partim summam, ubi est causæ efficientis per benedictionem denominatio; v. 3. In quo est Propositio, cujus prædicatum, quod benedictus, hoc est, laudandus DEUS. Benedictionis enim vox vel hominibus tribuitur, & tum idem est ac laudare, Ps. 103. v. 1. phrasi Ebraicâ. Ut agnoscamus nostri officii esse, DEO gratias agere. Idq; fit, tum verbis, tum factis: nam & pia vita est benedictio nominis Divini, quod nunquam magis celebratur quàm cum ad nutum ejus vivitur, inquit Augustin; Vel DEO, qui cunctis benedicit seu benefacit.

4. Subjectum est DEUS, qui describitur ratione naturæ, quod DEUS sit. Quem enim magis laudabimus, quàm eum à quo nobis omnia? Ratione Personæ, ut sciamus, qualem laudare debeamus. Dicitur verò Pater, uti omnium universaliter, ita specialiter Domini nostri Jesu Christi, ab eo enim ab æterno genitus; Ps. 2. v. 7. Job. 2. v. 14.

5. Tum

5. Tūm ejus ratio, vel generalis i. quia
benedicit nobis omni benedictione spiritali. Itā
benedictus DEUS benedixit, atq; idem verbum
eodem sensu repetitum, per antanaclasin usurpa-
tur. Non verò benedictione verbali benedixit,
uti nos illi, nobis; sed realissimā. Benedicere enim
de DEO quando legitur, idem est ac benefacere,
uti usurpatur Exod. 20. v. 24. & 2. Sam. 7. v.
29. Benedicit verò universaliter, uti loquitur
nota universalis, & repetitur, 1. Pet: 3. v. 9.
respectu scilicet acquisitionis, & voluntatis divi-
na antecedentis, non respectu applicationis & vo-
luntatis consequentis, uti ex sequentibus patet.

6. Vel specialis, tūm in cœlestibus. Id
quingies in hâc Epistolâ legitur, nec usquam
alibi, uti & ex hoc cap. 1. v. 3. & 20. cap. 2. v. 6.
ca. 3. v. 10. cap. 6 v. 12. colligitur; quamvis
in diversis significationibus; omnia tamen loca
non respiciunt mundana & temporalia, hæc enim
tantum sunt appendices illorum, Matth. 6. v. 33.
Sed ad alterum imprimis seculum pertinentia
dum respicit & illam benedictionem Abrahamo
& semini ejus factam Genes. 12. v. 3.

7. Tum in Christo, ne quis bona spiritalia
& æterna sibi prodesse gaudeat, & propterea fide-
lis maneat, addit in Christo: Est autem idem ac per
& propter Christum, uti & propositio IN crebrò

usurpatur, Genes 29. v. 18. Deut. 24. v. 16. Luc. 2. v. 20. Sicq; respicitur veritas promissionis divine Abrahamo olim facte, Genes 32. v. 10. quâ etiam gentes continentur. Extra Christum verò nemini spiritali benedictione benedicatur, uti idem Gal 3. v. 14. uberius declaratur. Non enim universalis est electio, quia non omnes sunt in Christo: quod & Paulus innuit, dùm & objectum determinatum ponit, dicens: Benedixit nobis; Ergo si volumus ut benedicatur nobis, simus in Christo oportet.

8. Explicatim proponuntur causæ propriæ, quarum alia finalis respectu nostri, & est sanctificatio, v. 4 In quo antecedens est electio, hujus realia, per causam externam efficientem, dum dicit, sicut elegit nos; quæ particula Sicut non respicit præcedentem verum notatve hoc loco paritatem, ut Luc. 24. v. 39. seu similitudinem Job. 20. v. 21. Sed identitatem, ait Job. 16. v. 11. & seq. seu eandem esse rationem benedictionis, decreti & electionis, & utramq; fluere ex iisdem causis; Uti constat ex collatione antecedentium & consequentium, dum idem Pater v. 3. & Christus & fides v. 4. & homines v. 3. qui eodem modo electi ab æterno, ut benedicti in tempore.

9. Loquitur autem non de qualibet electio-

ne seu segregatione hominum ab aliis; nam & populus d. populo eligitur, ut Israëlita à gentibus, Deut. 4. v. 137. & 7. v. 6. Et ad officium aliquis eligitur, uti Saul: 1. Sam. 10. v. 27. & Apostoli Luc. 16. v. 13. Job. 15. v. 16. Sed de electione filiorum DEI, quam decrevit ad gratiam & gloriã, uti ex subsequentibus patet. Et tribuitur DEO non personaliter, sed essentialiter considerato: est enim opus ad extra, servato tamen ordine, cum Pater nos eligat in Filio cum Spiritu sancto, uti colligitur ex 1: Corinth. 12. v. 13. Job. 3. v. 6.

10. Per causam internam, nempe materiale, dum dicit nos esse electos; quatenus lapsi, quia & sunt objectum benedictionis: 2. Corinth. 5. v. 21. & executionis, ex Rom. 8. v. 30. Rom. 3. v. 23. Eph. 2. v. 1. Non tamen simpliciter omnes uti Huberus voluit, quia pauci Luc. 10. v. 20. & Dan. 12. Apost. 11. v. 26. fideles, uti patet. 1. ex inscriptione, quibus Epistola hac inscripta erat, & quibus se aggregaverat in communi participatione beneficiorum DEI. 2. ex generalizatione, quia eligere est segregare, Job. 15. 26. Ex 3. causarum consideratione: Nulla enim universalis, nec principalis, ut beneplacium, v. 5. nec consequens per meritum, v. 4. quod quidem à parte DEI intendentis, & Christi exsequentis tale, tamen particulare fit à parte hominis, efficaciam eius

)(4

per

per incredulitatem reijicientis, Job. 3. v. 18. Non
finalis, quae filiatio v. 3. ex locorum parallelorum
collatione quoad electos Col. 3. v. 12. Rom. 11. 15.
quoad discrimen à non electis, Matth. 24. v. 24.
Job. 10. v. 6. Electio respicit quidem reprobos,
dum electi dicuntur ex mundo, Job. 5. v. 19. sed
non pertinent ad eos, est enim Electio extra de
massa peccatorum lectio & abstractio inquit
Anselmus super hunc locum.

11. Et formalem quae in Christo; Hoc e-
nim respiciunt vocabula in ipso, quia in Christo
ratione ordinis & causalitatis tanquam per causam
instrumentalem sumus electi, 2. Matth. 1. v. 4.
2. Thes. 2. v. 13. Jac. 2. v. 5. per fidem. Et extra
Christum nec gratia DEI hominibus salutaris vo-
catur. Act. 2. v. 12. Et qui absq; Christo sunt Eph.
2. v. 12. ad numerum Electorum non pertinent.
Non uti Piscator voluit, ut pertineant ista ad eve-
tum & executionem, quia fieret sic confusio causa-
rum formalis & finalis, 2. Aeternitatis & tem-
poris, sed ad ordinem decreti.

12. Circumstantialia, quando hoc factum,
nempè ante constitutionem mundi, seu ante
tempora aeterna, ut loquitur 2. Tim. 1. v. 9. Et
ita describitur aeternitas, Ps. 90. v. 3. Proverb.
8. v. 25 2 Thes. 2. v. 13. ἀπ' ἀρχῆς ab initio di-
citur, ubi principium sine principio, Job. 1. v. 1.
Micha 5. v. 2. 13. Uti-

13. Utitur verò voce κατὰβολῆς, quia eā denotatur ultima eternitas, Matth. 25. v. 34. Apoc. 17. v. 8. quæ ipsa quoq; mundi fundamenta antecessit, uti Hieronymus interpretatur, ut excludatur omne nostrum meritum: Electi enim sumus antequam quicquam essemus, vel operari quicquam potuerimus. Nullum ergo potuit antecedere meritum, cum nullum fuerit. Rectè itaq; scripsit Thom. Part. 1. quæst. 23. Artic. 5. prædestinationem cum sit æterna ex parte prædestinantis nullam habere causam.

14. Consequens est, tum effectus, ut est Sanctitas in genere; Non ergo dicit quia sancti, uti Origenes interpretatus, sed ut essemus sancti, quemadmodum Hieronymus in hunc locum notavit, S. August. in lib: de Prædestinatione cap. 17. Intelligitq; sanctitatem tum imputatam per Christum, eum inchoatam, vel non simulatam: potissimum Christi Sanctitatem, ut sancti per meritum ejus appareamus in iudicio DEI.

15. Et irreprehensibilitas, quæ denotat integritatem nostræ vitæ ex observatione mandatorum, ubi respicit ad Cant. 4. v. 7. Septiesq; in libris N. T. quamvis in diversa pro ratione subjecti coniungitur, acceptione: nam copulatur vel cum capite Christo, 1. Petr. 1. v. 19. Ebr. 9. v. 14. Et denotat omnimodam sanctitatem; vel cum mem-

bris propter arctissimam unionem, & intelligitur
imputata in militate Ecclesiâ, consummata in tri-
umphante, Eph. 5, 27. Col. 1, 21. Apoc. 14, 5. Nec
enim tollitur in actu justificationis peccatum
quoad formale absolutum, sed relativum, ne accu-
set, ne damnet, Rom. 6, 1. In actu renovationis
non per totalem abolitionem, sed per dominij ab-
lationem, Rom. 6, 14. & graduum virium immi-
nutionem, non annihilationem, Gal. 5, 25.

16. Tum modus, in quo sit nempe & co-
ram illo, ut denotet de verâ sanctitate & inte-
gritate se loqui, quia coram mundo non apparet.
DEUS autem in iudicio suo agnoscit: quæ in Chri-
sto est subjective, in nobis imputative, uti & lo-
quitur Col. 1, 22. ad innuendam presentiam DEI
vel gratiosam Luc. 1, 6. vel gloriosam Apoc. 7, 15.

17. Et in caritate, & quâ DEUS nos pro-
sequitur ex Rom. 5, 18. ex Syro, qui DEO attri-
buit; & quæ nostra est, quia charitas est summæ
præcepti, per quam sanctitas nostra omnium cognos-
citur maximè: Solet enim fides per caritatem o-
perari, Gal. 5, 6. quamvis Chrylostomus, Theo-
doretus, Theophylactus adjungant hæc ver-
ba sequenti versui: sed rectius, uti coram ipso re-
spectu DEI intelligitur, ita in caritate respectu etiã
nostri. Neq; minus remotum est, uti Piscator po-
luit, sed à versu sequenti codices separant; Sicq; in
hoc

hoc versutotum systema Electionis nostrae conti-
netur.

18. Et in filios DEI nova adoptatio, v. 5.
In qua causa universalis efficiens, dum præde-
stinavit seu prædesinivit. Explicat itaq; quid
per electionem illam intelligat, non qualemcumq;
sed certam secundum decretum. Respicit enim in
prædestinatione finem seu terminum; Interim E-
lectio & Prædestination non realiter differunt, sed
promiscuè usurpantur, unumq; per alterum expli-
catur, uti constat ex textus consonantia; & loco-
rum parallelorum inductione Luc. 2, 5. Job. 13, 18.
Rom. 8, 30, In loco Act. 4, 28. agitur non de præ-
ordinatione incredulorum ad mortem, sed de de-
creto mortis Christi; Augustin. de articul. 11,
12. Hysto: Leo: Epistola ad Antioch.

19. Specialis & tùm materialis, quod nos
iterum dicamur prædestinati, nempe fideles, qui
& benedicti & electi.

20. Tùm finalis, ut adoptaret in filios, non
tantum gratiosos, sed & gloriosos; id est, ut esse-
mus filij DEI. Et hec est illius & prerogativa
illa, & privilegium, de quo, Job 1, 10. & 1. Job.
12, 1. Admoneat ergò nos adoptio officij & obedi-
entia reverentiæq; filialis, quam æterno Patri dea-
bemus, Malach 1, 6 Admoneat etiam nos con-
cordie, quam ut filij DEI alere invicem jubemur
Malach. 2, 10.

21. Nota

21. Norma tūm per Jesum Christum: soli enim merito Christi acceptum est ferendum, hoc adoptionis beneficium Heb. 2, 10. Gal. 4, 4. Idq̄ factum innuitur gratuito, dum dicit erga se ipsum eis αὐτοῦ cum aspero, non leni spiritu, quo omne nostrum meritum excludatur Eph. 2, v. 8.

22. Tūm secundum propositum voluntatis sue, seu beneplacitum. Non pro arbitrio, uti Castalio voluit, dum arbitrium notat voluntatē indeterminatam, quæ magis ad intellectum, quàm ad voluntatem refertur. Eudoxia verò est determinata ratio voluntatis divinæ & hominis. Unde & electio gratiæ vocatur, Rom. 10, 5. Nihil enim in nobis DEUS invenit, ut meritum nostrum aestimaret, sed ex gratia nostri miserens, ut vox non reprobus, quemadmodum Piscator vcluit, respiciat absolutè, sed Christum, in quo sibi complacuit, Matth. 3, 17.

23. Estq̄ vox ista Sacris literis peculiaris, primum a 70. interpretibus excogitata, teste Hieronymo, quæ significatum vocis Hebrææ RAZON exprimitur, & Christi meritum innuitur. Luc, 2, 14. Col 1, 19. Et per voluntatem consequens & ordinaria & conditionata intelligitur propter causarum harmoniam.

24. Respectu DEI est misericordiæ ejus celebratio, v. 6. In quo eadē proponitur dñs
dicit

dicit in laudem gloriae gratiae seu in laudem & gloriae gratiae suae, quemadmodum alibi loquitur, Phil. 1, 11. siquidem ex hoc opere mirifice gratia & gloria DEI innotuit, ut sit hypallage Ebraea. Non autem dixit iustitia, quia iustitia locum inibi habet, ubi debitum redditur, inquit Thomas: quod autem quis praedestinatus non est debitum, sed gratiae beneficium.

25. Tum innuitur qualis in genere intelligatur gratia, quae gratos nos habuit propter Christum; Non enim $\chi\epsilon\ \chi\alpha\rho\iota\tau\omega\sigma\epsilon\upsilon$, significat, uti Spanhemius voluit, habitualem passivam & inhaesivam, operosam, sed gratiosam, activam, specialem ordinatam, uti hoc verbum usurpatur Luc. 1, 28. Rom. 3, 24. & cap. 5, 5. ut nimirum ipsi placeremus in Christo, a quibus alias propter peccatum abhoruit Es. 59, 1.

26. In specie in dilecto enim adoptatos nos fecit, hoc est in filio dilectionis suae, Col. 1, 13. de quo & coelitus dixit, quod sit filius dilectus, Matth. 3, 17. & unigenitus, uti 70. ita semper transtulerunt, Gen. 22, 2. Zach. 12, 10. Amos 8, 10. Et dicitur talis ratione personae & officij. In Vulgata habetur additum in filio suo, sed & Syrus non habet, nec in fontibus invenitur.

27. Formalis est reconciliatio v. 7. In quo
an-

antecedens, cuius modum continet, quod habeamus per dilectum redemptionem. Duplex verò est redemptio hominis, una liberationis, quâ erepti sumus ex potestate hostium, ne nocere nobis amplius valeant, licet multa tentent; altera assertio- nis, quâ prorsus ab illis immunes sumus, ita ut nocere nobis non audent.

28. Et medium quod facta per sanguinem hoc est, per passionem & mortem Christi, Heb. 2, 4. Col. 2, 16. nam absq; sanguinis effusione nulla fit remissio, Heb. 9, Matth. 9, 32.

29. Consequens, ubi effectus, remissio peccatorum; nam soluto remissionis nostræ pretio videlicet sanguine Christi deletum iam est quod adversus nos erat chirographum, Col. 2, 14.

30. Et ortus, quod secundum divitias gratiæ eius, huius beneficii exprimitur; ne quid propriis adscriberetur meritis, orta ex plena misericordia DEI, quam vocat divitem DEI gratiam & copiosam redemptionem David, Ps 130, 7. Zachar. viscera misericordie, Luc. 1, 20. Illud enim dicitur Christum respicit; ideoq; inter acquisitionem & oblationem, & inter applicationem distinguendum, nam gratia convertens nõ est irresistibilis. ut barbarè loquuntur ex Matth. 23, 27. Act. 7, 51. cap. 13. 48.

NO

NOTÆ.

1. Benedictus DEUS,) considera DEO
benedicendum esse, quia benedixit, ut discas e-
undem in omnibus laudare, potissimum in spiri-
tualibus.

2. Elegit nos antequam jacerentur fun-
damenta mundi,) considera nos electos esse ab
eterno, ut discas salutem adscribere DEO, non
meritis.

3. Ut essemus sancti,) considera ad san-
ctitatem homines esse electos, ut discas eum non
esse predestinatum, qui non studeat sanctitati.

QUÆSTIONES.

I.

Quare Thomas solus abfuerit reliquis omni-
bus congregatis?

R. Cause redduntur varie; Chrysostomus
Homil. 86. in Johan: Tom. 3. suspicatur fu-
isse Thomam in fugâ, quâ Apostoli sibi ingruente
passione Domini, in monte Oliveti consuluerant,
nec dum redisse ad collegium reliquorum. Beda
verò cum Lucas cap. 24, 33. scribat, quod duo di-
scipuli euntes in Emaus reversi Hierosolymam in-
venerunt undecim congregatos. Sic ergò datur in-
telligi, inquit, quoddam fuisse intervallum, quod
ad horam Thomas egressus sit, vel curiositatis ex-
plenda

plende causâ, uti addit Theodoricus, vel negoti-
ationis expedienda; & interea JESUS veniens in
medio eorum steterit. Quae sententia etiam vide-
tur probabilior.

II.

Quare Thomas dicatur Didymus?

¶. Lyra delirat dum Thomam propterea gemi-
num cognominatū nugatur, quia de tribu Ben-
jamin in quâ excellens quidam vir jemini dice-
batur, Jud. 3, 15. 1. Sam. 9, 1. 2. Sam. 16, 11.
Siquidem vox geminus non Ebraea, sed Latina.
Neq; taliter appellatur, quia ex eodem partu cum
alio, ceu Esavus & Jacob, Gen. 25, 24. natus, uti
pleriq; arbitrantur, ut sine risu legi nō possit nesci-
ri an frater, an soror alter natus fuerit; Sed
Thomas est Ebraica dictio, Graeca διδυμος, Lati-
na geminus. Sic ergo est nominis interpretatio, non
status nativitatis designatio. 2. Expressè colligi-
tur, dum dicitur, non γενόμενος, sed λεγόμενος,
Thomas didymos, ut innuatur explicatio vocis.
3. Plures Didymi, quoad appellationem haben-
tur, de quibus tamen constat gemellos non fuisse.
Sic Didymus Grammaticus qui scripsit ter mil-
le & quingentos libros, uti testatur Illustrius
de Philosophis Macrobi lib. 5. Saturn. c. 22.
Didymus Planetiades dictus Philosophus Cyni-
cus

ius, Plutarch: de Oracul. defect. Didymus
Alexandrinus Presul Cesarientis cæcus, qui pluri-
ma tamen opera reliquit ut Hieronym: in
Catal: Script: & lib. 11. Hist. Eccles: cap. 7.
testatur. Fuit & tibicen teste Alex: Genial lib,
4. c. 1. & Coel: Rhod. lib. 4. c. 7,

Ad

RESPONDENTEM.

Qui semel in Christo nobis benedixit in omni,
Ille Pater Christi quem celebrare iuvat.

Is nos in Christo, prius ac fundamina iacta
Orbis, selegit pro bonitate sua.

Omnis ut esset homo sanctus, sine crimine vitans
Duceret, ac esset plenus amore DEI.

Nos ut adoptaret natos elegit, JESUM

Per Christum placuit ceu semel istud opus,
Gratia laudetur quò tanta per omnia secla,

Quà nos per Christum reddidit esse suos.

Sanguine cuius adest reparata redemptio nobis,

Atq; remissa simul crimina nulla nocent.

Ista monet Paulus, monet & VVERNERUS:

at idem

Prestet idem! monitor sic bonus esse potest.

GUEINZIUS.

B

DA.

DAVIDI WERNERO
Præsentium vindici

S.

Qualis, Scipiade tori lacerto
Candentis fragili vibrante ce.
Notas accipitrem sacris Dion.
Turbantem volucres, ab e-be i ans
Phæbeo superi Parentis ales
Prostravit: galeam Ducisq; victrix
Perstringens, monitu nientis augur
Implevit populos leves triumph.
Talis, dum gemina pi columbe
Christi christicola, stygis Draconi
Certeant Accipieri, Jovis volucris
RAULLUS cœlipolis, graves ad agmen
Converit tenerum suos volatus,
Ac in tot strepitus tropæa flammans,
In nidum tepidum cruore vulnus
Soteris vocitat, cui quietem
He debent animæ piæ salutis;
Cui penne monitæ mei magistræ
WERNERI placito tenore monstrant.
Ergo tu properos, amice, gressus
Huc saltum solido vigore tende
Tanto, nec Genium remitte pulchrum!
Sis stabis propriæ salutis Augur

CASPAR ALEXANDRI.

NOV

Nondum dispositi cū starent fœdera
mundi,

Et fluerent vacuo semina prima loco,
Adspiciens summus Rector per inane figuras
Pendentes, tacitus talia verba dedit:

Quæ caligo tenet, firmabimus ordine certo,
Ut constet vicibus noxq; diesq; suis.

Præ reliquis homines, quos æmula pinget
imago,

Mentis participes ipse sacro mihi.
Hæc decreta DEI *monitrix* Paulina recenset
Pagina, WERNERI quæ studium repetit.
Horum ut sit compos, *monitu* obtemperet æ-
quis,

Dilectusq; DEO filius esse potest.

DAVID LINDNERIUS.

Der Streit beherrscht die Welt. In etnem jedern
Stande/

Alhier in dieser Stadt/ vnd dort in jenem Lande/
Vnd wo der Himmel nur sein waches Auge hat.
Wird nimmer Feind mit Feind des Streiten werden
sat.

Den Welt-Stand laß ich jetzt/ vnd wende meine Sünden
Auff dich/ du werther Stand dem Geist vnd sein bequien
Den grossen Nahmen giebt/ wie das in dir auch frey
Ein Streit vnd Wörter-Zand allzeit gewesen sey.

Der

Der saget ja / der nein / der gründet fest sein meinē /
Der setzt Satz gegen Satz / vnd nimet von den seinen /
Vnd was ihm sonst auch ein Alter Lehrer weist
Mit dem er was er meint / zu gründen sich befliebt.
Vnd diß thut Werner auch / der sich in Streit begeben
Dort bey der Kämpffer - Schaar der Geistlichkeit zu
Schweben /
Vnd heftet diesen Satz auff Fahnen Schau-Platz an /
Daran in Ewigkeit Er stehen bleiben kan.
Fahr forth mein Werner so aus Paulus Schrifft
zu lehren /
Wie man die Seeligkeit vnd Segen zu sich lehren
Vnd bey sich haben soll. Es wird zum rechten Lohn
Dir werden auffgesetzt die blinkend' Ehren - Cron.

David Schirmer von
Freyberg in Meissen.

F I N I S.

Instandsetzungsschein

ersten und letzten Lagen des Buchblocks
den in siedenden Bädern gereinigt und ge-
tigt. Mürbe und zerissene Teile des Papiers
den ausgebessert.

Bucheinband wurde originalgetreu wieder
gestellt.

ULB Halle

006 386 679





3

Th. 4968

Gabriele Grauer

Halle, den 8.10.1970





3

DELICIAM
POLICARUM
ESTIVALIUM
Excitatio Secunda
RÆSIDE
IANO GUEINZIO
e Gymnasij Hallensis
Respondente
E VVERNERO
ipfia - Misnico.
In
TO THOMÆ
D. DC. XLIII.
LLIS - SAXONUM
Christophori Salfeldi.

